



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Manuale Exercitiorvm Spiritvalivm

Capilla, Andrés de

Coloniae, 1607

Sabbatho. Exercitium 38

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53232)

torum nostrorum gustandum obtulerimus.

Petitio.

Precabimur Deū, vt nobis lachrymas compassionis largiatur, quibus ea quæ pro nostro redemptione passus est, deflere valeamus: vt quæ illæ sint nobis panes die ac nocte, quibus cibos nostros, ex recordatione suppliciorum eius, permisceamus.

Oblatio.

Offeremus nos Deo, ad tolerandam omnem amaritudinem, omnesque dolores quātumuis acres, pro illo, qui nostri amore tanta perpeffus est: & supplices eum rogabimus, vt nobis semper det calicem suum ad bibendum, quia non decet vt sub capite spinoso, membra delicata sint.

SABBATHO.

Exercit. 38.

Psalm. 10. Ignis, sulphur, & spiritus procellarum, pars calicis eorum.

Apocal. 14. Si quis adorauerit bestiam & imaginem eius, & acceperit characterem

dd 7

illius

illius in fronte sua, aut in manu sua: hie bibet de vino ira Dei, quod mixtum est mero in calice ira ipsius, & cruciabitur, igne & sulphure in conspectu Angelorum sanctorum.

Marc. 9. Vermis eorum non moritur: & ignis non extinguitur.

Consideratio.

CONSIDERABIMUS, quam terribilis & horrenda sit mensa illa, quam Deus peccatoribus in inferno instruxit: vbi cibabuntur, omni, que cogitari potest, amaritudine: vbi diues auarus, vnā aque guttam, qua lingue ardorem refrigeret, postulat: & non ei datur.

Gratiarum actio.

GRATIAS agemus Deo; quod necdum in inferno constituti simus, cum illud toties promeruerimus, quoties mortale aliquod peccatum admisimus.

Confusio.

PVDORE suffundemur: considerando, quam parum in nobis timor harum terribilium poenarum fructus
face-

faceret: eum, certissima fide credentes, Deum has peccatoribus, pœnas præparasse, ipsum tamen sceleribus nostris, offendere audeamus.

Petitio.

PRecabimur Deum, vt configat timore harum pœnarum carnes nostras, eodemque nos pascat; vt si ad duritiam nostram expugnandam nõ sufficit consideratio bonitatis & beneficiorum quæ nobis præstitit, & quotidie præstat, saltem à peccatis harum pœnarum timor nos retrahat cohibeatque.

Oblatio.

Offeremus Deo Patri dolores & amaritudines, quas **CHRISTVS** in passione sua gustauit: dolores etiam Beatiss. Virginis Mariæ, & omnium SS. martyrum: vt per illos à sempiternis tormentis, quæ damnati patiuntur in inferno, nos liberet.

DOMI